

155.
cuncti una die. **H**ec igitur aliaque testimonia dis-
cretionis matris uirtutum sumens. sic omnia tem-
peret. ut & fortes sint qui cupiant. & infirmi
non refugiant. Et precipue ut presentem regulam
in omnibus conseruet. ut dum bene ministra-
uerit. audiat a domino quod seruus bonus qui ero-
gauit triticum conseruis suis in tempore suo.
A me hodie dico uobis ait. super omnia bona sua con-
stituet eum. **De preposito monasterii.**

Se pius quidem contingit. ut per ordinatio-
nem prepositi scandala graua in monas-
teris oriuntur. dum sint aliqui maligno spiritu
supbie inflati. estimantes se sanctos abbates esse.
assumentes sibi tyrannidem scandala nutriunt.
& dissensiones in congregatione faciunt. &
maxime in illis locis. ubi ab eodem sacerdote.
ut ab eis abbatibus qui abbatem ordinant. ab ip-
sis etiam & prepositus ordinatur. Quod quam sit
absurdum facile aduertitur. quia ab ipso in-
icio ordinationis materia ei datur supbiendi-
dum ei suggeritur a cogitationibus suis. erutum